

\*\*\*\*\*:\*\*\*\*\*

*Res inaudita & admirabilis,  
tamen antiquissima.*

CAPVT XV.

**O**stendi in stomacho acidum, ostendi quoque calculum, urinam, sudorem & sanguinem salsa esse, sic etiam ostendi quomodo salus sapor cum alcali fixo diuidatur, vt alcalia nimirum ab acido liberentur. Nunc mecum erit demonstrare, quomodo vrina, sudor, sanguis &c. salsum saporem acquirunt?

Alimenta omnia, & quicquid nutrit, parum habent acidi: & plurimum de alcali volatili ( vt posthac luculentius ) tantum scilicet acidi vt alcali colligat, ne evanescat ( sibi enim soli sufficiens non est ex Hippocr. a supra dixi; ) in istud alcali agit stomachi aciditas. Ex his binis saporibus, fit salus succus, qui impressus

a Lib. 1.  
de diata.

*Hippocrates Chymicus. 97*

impressus est vitali illo acido caractere, vocaturque chilus; hic non transit mesaraica, imò non admittitur, nisi salsum (suo modo) saporem (id est maturum) induat, aliàs fieret intimis odiosus & molestus, adeoque stomachi aciditas vivificat chylum, ut nutritioni fiat aptus: Hinc Hippoc. a meus: *ut in animantibus stomachus alit, calefacit, refrigerat, sic in vegetabilibus terra.*

*a De humoribus.*

Id sonat: stomachum esse omnium actionum præsidem, quæ in corpore contingunt, solius acidi vitalis gratiâ, ibidem latentis.

Potatorum & belluonum urinam (propter copiam, quam ingurgitant, mingunt singulis horis, præsertim à vino rheuano aquoso) non existimo debere omnes venarum ductus transire, aliàs tincta decurreret; hæc tamen urina, etsi colore aquæ simplicis similis, nihilominus salsa est, sicut illa quæ tincta à moderato potu generatur, quod pro-

*Urina sanorum salsa.*

bat lixiuum alcalizatum, vt de sudore ostendi. E contra, vrina morientium, licet mingant in pauca quantitate & tincta, caret omninò falsedine, vt & alcali (præter commune, si quid in cibis assumunt) necesse est itaque istud falsum generati debere ab impressione acidi vitalis in stomacho sedentis, quod morientes deferit paulatim.

*Urina morientium caret sale.*

Hac ex obseruatione, luce meridianâ clariùs patet, quòd vitale instrumentum in sanis, quocum alimentum imprimitur, priusquam pyloro elabatur, ne putrescat, vt dixi ex Hippocr. sit A C I D V M, quocum chilus in ipso stomacho (ouum aut feminis granum repræsentans) debet falsus fieri. Vnico verbo, cum acido stomachi & alimento Alcalizato, fit falsus chilus, falsa vrina, (etiam in ijs qui nunquam sal degustarunt) falsus sudor, falsus sanguis, carnes & ossa, imò ipsa

*Pyrochimicus habitat in stomacho.*

*Hippocrates Chymicus.* 99

alui excrementa; huius tamen alcali, licet centies rectificetur, paucis in horis iterum commutatur in id quod erat, a fermenti loci vel occulti acidi ratione, ibidem latentis. Vnde erudimini, quod alcali cuiuscunque rei habeat conseruetque occultum acidam (sensibus imperceptibile) animalis, vel etiam partis vnde desumptum est: cuius causa Paracelsus, in antiquissima Hippocratica scientia illuminatus, & post eum magni ingenij Helmont, pro calculo soluendo, liquorem specificarunt ludo, b propter symbolum, vel loci fermentum: id quod nobis indigare licet (sic viperinum alcali, proprietatem alexipharmacum habens, suo modo, à fuga coercetur cum supra nominato & ostenso acido, celebraturque in morbis quam plurimis & præsertim in podagra, arthritide suisque speciebus quorum dolor, non sine occulto veneno, primus notauit Paræus c) indicibili fru-

a *Utrum  
clister nu-  
trire possit  
hac mecha-  
nica docet.*

*Alcalium  
animalium  
differentia,  
sensibus no-  
stris non di-  
distingui  
potest.*

b *Ludus est  
calculus  
humani  
excisus.*

c *Lib. 7 cap.  
2.*

etu ( cui addo pro exigentia pul-  
 visculum : ex sena Hermodacti-  
 lis & cremore Tartari ana scrup-  
 pulum ) pergit autem per omnes  
 corporis humani officinas in oc-  
 culta salina forma, sudoris in-  
 star ; cum verò reperit acidio-  
 rem saporem in cavitatibus &  
 in iuncturis & articulis, tunc  
 deserit proprium acidum, &  
 combibit potens illud dolorosum  
 & ardens : eodem modo, vt con-  
 tingit corallis in aceto solutis, cui  
 si instillatur acidior liquor vt vi-  
 trioli vel sulphuris, hic corallis  
 se associat, negligitque acetum,  
 vt cuilibet pharmaceutices tyro-  
 ni notum est, vide etiam præ-  
 cipitationis necessitates, Cap.  
 28. ) cum verò acidum non al-  
 calizatur in salsum, priusquam  
 meseraica transit, & casu intrò  
 recipitur a, ad sanguinem per-  
 reptans, acescit; statim fiunt fe-  
 bres, vel pleuritides : sanguis  
 enim tunc temporis emissus, in  
 grumos concrescit, eò quod su-  
 perans acidum, alcali cogit, vt

*Podagrado-  
 lar ex asi-  
 do.*

*a Coqui di-  
 uersi raro  
 preparant  
 vtilis cibos.*

*Hippocrates Chymicus.* 101  
in lacte ostendi: hoc in casu Ve-  
teres nostri indagarunt pleuriti-  
dis specifica remedia, stomacho  
familiaria, ( vnde digestioni non  
resistunt ) quæ alcali volatili  
abundant, vt acidum compesce-  
rent & absumerent; sicut est *Pleuritidis*  
sanguis hirci, succus cichorei sil- *remedia.*  
vestris, priapus cerui vel tauri,  
semina carduorum & similia,  
quæ felici cum successu in hunc  
vsque diem propinantur, præ-  
sertim sanguine, in venis iam  
acescente, euacuato: tunc nimi-  
rùm dicta remedia, facilè quod  
superest, absorbent, eodem  
modo vt de vitriolo crudo, cum  
liquore tartari præcipitato osten-  
di. Vnica nimiram gutta vtriuf-  
que saporis vim superans, totum  
mixtum vel in alcali vel in aci-  
dum deflectit: sic vnica gutta aci-  
di, si intrat in sanguinem fit mor-  
bus. Vnde liquet angustissimum  
punctum, in quo sanitas consi-  
stet; hoc est temperamentum ad  
iustitiam, vel ad pondus, vt ait  
*Galenus a quod potius imaginari* a Lib. i. c. 21

tempera-  
mentis.  
a. c. Aphor.  
3e

quam quod reverà existat. Hinc etiam illud Hippocratis, a corpora ad summum vigorem progressa non persistunt, sed velut equà lance libratà in contrarium ruunt.

'Spiritus  
naturales  
et familia-  
res Parac.

Ex dictis nunc elucet ratio, quare vitriolum exsiccatum edat actiones vitales, cum sanguine, sudore, urinà vel excrementis, ut ad certum obiectum trahatur; de quo tamen hoc loco differere consultè prætereo, ne latius quam compendij ratio admiserit, vagemur.

b Libr. de  
Arte.

Instrumentum itaque vitale, aut seminalis virtus, voca ut lubet, in omnibus rebus est acida aut occulta, aut manifesta; illa virtus habitat manifestè in stomacho, in reliquis membris omnibus occultè; attestante id Hippocrate: *Homo, inquit, non habet unum ventriculum, sed plures, & omnes muscoli suum ventriculum habent: Ventriculi autem est, in aliud ens transmurtari duarum facultatum ope, aci-*

*Hippocrates Chymicus.* 103

do nimirum innato, & alcali  
acquisito, sic etiam intelligen-  
dum hoc loco iubet meus Hip-  
poc. dicendo: *a secant homines*  
*lignum per ferram, alter trahit*  
*alter protrudit, sic & hominis*  
*natura: acidum itaque supra-*  
*dictum (quod in lacte occultum*  
*esse ostendi) assumit alcali in*  
*alimentis: & quicquid suæ na-*  
*turæ non repugnat, secam coa-*  
*gulat, crescit in molem, &*  
*vulgariter vocatur nutritio; à*  
*magistro autem NATURALIS*  
*LABOR, inquit, b: Homo*  
*sanus esse non potest, nisi etiam*  
*laboret: oportet autem, velut par-*  
*est, Medicum laborum vim per-*  
*noscere, tum NATURA-*  
*LIVM, tum eorum, qui per*  
*vim sunt, & qui ex ipsis carnes*  
*in augmentum preparant: ut de*  
*calce, & sapone rudibus exem-*  
*plis Hippoc. autoritate dixi; sed*  
*hæc cum obscuritatem breuita-*  
*te ostendunt, in sequentibus ca-*  
*pitulis copiosius clariùsque pro-*  
*ponentur, dum particulatim sin-*

a Lib. 1. de  
diæna.

b Citati li-  
bri princi-  
pio.



104 *Ottonis Tachenij*  
gula refecabimus, quæ hîc un-  
uersim proposuimus: quo cognos-  
ces naturam in omni re similem,  
vt docet cum Hippocrate meo,  
etiam venerabilis Pythagoras. a

a In aureo  
carmine.

Cùm itaque in stomacho omne  
ingestum, in salsum volatile  
transmutari debeat: chilus au-  
tem propter errorem, vel intus-  
genitum, vel externum, vel  
nimis vel minus acescat b, vt in  
potatoribus & helluonibus videre  
est; qui assumpta, quandoque  
per vomitum reijciunt acidam  
redolentia, non proportionatur:  
tunc fit alimonie & subsequen-  
tibus ventriculis ( vt ex Hippo-  
crate colligi potest ) ineptum;  
importuna enim aciditas, per  
mesaraïca perreptans, tunc to-  
tum corpus inæqualiter calet, &  
quoniam alimentum dispropor-  
tionatum est, fieri etiam ineptum  
exhalationi est necesse, vt ite-  
rum docet Hippocr. citato libro:  
*Necessarium est, inquit, quæ  
ab ipso secernuntur ac producutur  
dissimilia fieri, &c. Vnde dici-*

b Si impor-  
tune & vio-  
lenter co-  
gatur, omni  
succesu  
priuabitur.  
Hip. lib. 1.  
de diata.

*Hippocrates Chymicus.* 105  
mus poros esse obstructos, &  
transpirationem prohibitam, ac  
perinde necessariò sequi febrim  
vel morbum. Hinc omnis mor-  
bus ex Hippocrate consistit ge-  
neraliter, vel in materia coagu-  
lata vel soluta magis & minùs,  
differtque iuxta saporis qualita-  
tem, quorum numerum infini-  
tum recenset de veteri medici-  
na: & in Aphorismis a *Ruētus*  
*acidus*, qui prius non erat, nido-  
rosus superveniens, bonum pro-  
nunciare: quod sonat, non in  
omni morbo soluto, Ex. gratiâ,  
alui fluxu deficit stomacho aci-  
ditas; & quibus hæc adest, ijs  
provenit fluxus, vel intestino-  
rum leuitas ex nimio salso sapo-  
re, qui sapor saltem dissolvit mol-  
liter concreta; nunquam tamen  
erit exitiosus, & lacte solo su-  
peratur, eò quod lac facillimè,  
salsis commiscetur, eluiturque.  
Sin verò proportionatum aci-  
dum & alcali cum debito calo-  
re, omnibus in ventriculis, &  
*concars concordi b adhaeret, ac*

a. 6. Aphor.

b Hip. lib. 5.  
de digesta.

*assidet, sine pugna & dissidio;*  
 hæc vocatur sanitas: atque sic  
 perficitur & coagulatur smegma;  
 quod & ipsum, si quandoque  
 disproportionatur, fit morbo-  
 sum, debetque suo simili resol-  
 vi, ac rursum suo contrario, ut  
 supra ostendi, ad sanitatem re-  
 duci, recoqui, & in falsum re-  
 coagulari.

Hæc pro salium volatilium  
 ortu & generatione, in anima-  
 lium familia, ad hanc rem spe-  
 ctantia, *indigitata sufficiunt*: nisi  
 quis obijcere veller, quod *falsa*  
 quæ comedimus, exinde fieri sal-  
 sa volatilia, quod tamen supra  
 impossibile ostendi, ratione salis  
 constantia, imò sal sicut come-  
 ditur, reperitur in vrina, im-  
 mutatâ formâ & naturâ, aut  
 vllâ sui alteratione, quod facilè  
 experiri licet, ex vrinæ nimirum  
 inspissatione, postea calcinatio-  
 ne, solutione & coagulatione,  
 reperitur sal granulatum, ut fieri  
 consuevit,

Viunt etiam homines in Al-

*Hippocrates Chymicus.* 107  
pibus, simplici lacte, quo-  
rum tamen vrina acido & alcali  
non caret, & licet in salis for-  
ma concreti, non tamen granu-  
latur, vt sal marinum; sed in  
cubi forma, neque in igne con-  
stans, verum alcali leui calore de-  
ferit acidum, vt experientia de-  
clarat.

\*\*\*\*\*

*Nunc unde digressus, ad mecha-  
nicam demonstrationem al-  
calium redeo.*

C A P V T X V I.

**O** Stendi ex sudore alcali eli-  
ciendi modum, sic & ex  
vrina, ex sanguine, ex carnibus  
omnium animalium; dixi etiam  
quod alcali, non solum in sto-  
macho, cum acido in salsum vo-  
latile mutatur, sed etiam in om-  
nibus ventriculis, quorum nu-  
merum multiplicem indicat Hip-  
pocr. <sup>a</sup>, & quando istud salsum,

<sup>a</sup> Lib. de ar-  
te.